



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

XIV. De basilicis quae sine martyrum reliquiis dedicatae sunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

## XIV.

Conc. Afr.  
c. 50.  
De consecr.  
dist. 1. Pla-  
cuit vt alta-  
ria quæ.

Item placuit, vt altaria quæ passim per agros aut vias, tamquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab episcopis, qui eisdem locis præsunt, si fieri potest, evertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ sint, aut vbi origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quæ per somnia & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbique constituuntur altaria, omnimode reprobentur.

## XV.

Conc. Afr.  
c. 51.

Item placuit, ab imperatoribus gloriosissimis peti, vt reliquiæ idololatriæ non solum in simulacris, sed in quibuscumque locis, vel lucis, vel arboribus omnimode deleantur. Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginis, supra comprehensis in nostro Concilio statutis subscripsi. Similiter septuaginta duo episcopi subscripserunt.

Græcolatina editio horum Canonum ex codice Canonum sumpta, extat partim supra post Concilium Carthag. III. partim infra in Concilio Africano sub Cælestino papa.

## NOTÆ.

Causa celebrati Concilii.

<sup>a</sup> *Concilium Carthaginense.* ] Celebratum est ad disciplinam Africane ecclesiæ restaurandam, & mores eiusdem corruptos reformandos; vt singulorum Canonum titulos intuenti patet.

<sup>b</sup> *Nomine quintum, &c.* ] Concilium Carthaginense nomine se-